Vergilius Maro, Publius; Servius [Comm.]; Donatus, Aelius [Comm.]; Landinus, Christophorus [Comm.]; Domitius <de Calderiis> [Comm.]: Opera: Bucolica et Georgica

Nürnberg: Anton Koberger, 1492 Seite 58



mor naturalis defecerit:& calor defectu pabuli qđ est sibi in humore extinct⁹ sit:abundat humor noxi⁹ qui memoriā humefaciēs corrūpit. Lupus aūt si añ videat hoiem q̄ȝ ab illo videat̃ reddit eum raucum Vnde cū aliqs loquentibus supuenit:cuius pñtia illi tacere cogantur:ꝓuerbium est:Lupus est in fabula. Plinius de lupis ita scribit: Sed in Italia quoqȝ credit̃ luporum visus esse noxius:vocemqȝ hominis quem priores contemplentur adimere ad præsens. **Lupus]**

Hic hædos depone tñ viniemus in vrbem.
Aut si nos pluuiam ne colligat añ veremur
Cantātes licet vsqȝ minus uia lædet eamus.
Cantātes vt eamus:ego hoc te fasce leuabo. M
Desine plura puer:& qđ nūc instat agamus:
Carmīa tum melius:cū uenerit ipse:canemus:

SER. Tamē. Etiā si paululū qescētes ca nam⁹. Vsqȝ iugiter. Hoc fasce. Nam ipse hædos portabo. Fascē.n. on⁹ appellat. Sic in georgicis:Inuiso sub fasce viā dū carpit. Desine plura puer. Arguit nimii desiderii. Qđ instat. Vt placem⁹ cēturionē. Ipe Virgili⁹:cui⁹ reditu spat libertatē agrorū: vel ipe August⁹ q redeat a bello actiaco.

CHRI. Pluuiā. Honestior locutio est: veremur pluuiā ne nos colligat q̄ si dicas: veremur ne nos pluuia colligat. Minus via lædet Nam & caut⁹ & facet⁹ sermo efficit iter ita iocundū:ut laborem eūdi nō sentiam⁹. Vñ publi⁹ q minos scripsit ait:Comes facūdus in uia ꝓ vehiculo est. Desine plura. Et leuitatē in cupiditate pueri & maturū in sene consiliū ostendit. Lycidas em̄ nec suo nec congruo tpe cantus q ociosoꝝ sunt quærebat Mænalcas in tanta rerū ꝑturbatōne iis quæ instabāt difficultatibus consulendū:& cantū ad ocium reseruandū esse censebat. Atqȝ ita seruato decoro:& puer qꝛ ardentioris ætatis est voluptatem q̄rebat. Et uir in quo iam maturius esse consiliū oportet:seria iocis p̄ferenda censebat.

## Poeta de galli in sano amore. ægloga decima & vltima.

Xtremū hūc arethusa mihi cōcede laborē.
Pauca meo gallo:sed q̄ legat ipsa lycoris
Carmina sunt dicenda. neget qs carmīa gallo.
Sic tibi cum fluctus subter labere sicanos:
Doris amara suā non intermisceat vndā.
Incipe solicitos galli dicamus amores.
Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ.
Non canimus surdis:rñdent omnia syluæ.
Quæ nemora:aut q uos saltus habuere puellæ
Naiades:indigno cum gallus amore periret.
Nam neqȝ parnasi uobis iuga:nam neqȝ pindi

**SERVI.** e Xtremū hūc aret. Gall⁹ poeta exími⁹ fuit:q euphorionē i latinū trāstulit. Et de cytheride q̄ fuerat volumini liberta & a se amata:scripsit libros q̄tuor. Primū īter amicos Augusti enūeratus: prim⁹ ægypti p̄fect⁹ fuit:ac mox in suspitōnē taq̄ q in augustū cōiurasset incidēs interfectus ē. Hūc adeo dilexit maro: ut quarti georgicoꝝ a medio ad finem posuerit suas laudes:q̄s deide iussu augusti i fabulā aristæi mutauit. Hūc igit̃ nūc cōsolat̃ cū Cytheris illo cōtempto Antoniū in gelliā secuta sit. Nō aūt iussit august⁹ hanc æglogā mutari:q̄m potius ad vitupatiōnē quā ad galli laudē ꝑtinet. Nā galli in turpi amore impatia ōndit̃:& apte antonius carpit̃ inimicus augusti:quē cōtra Romorē Cytheris in castra sit secuta. Laborē. Non mihi: nam lud⁹ē poetaꝝ scribere: sed tibi arethusa ut nympha virginitate gaudēs p̄stet cantilenas de amore. Vñ rogat dicens concede:& uerecunde pauca rogat & adiurat:ut Sic tibi cum fluctus.s.l.s.ꝑ Arethusam aūt musam siculā bucolicū Theocriti inuocat carmen: Pauca. Nōn ad cæteraꝝ æglogaꝝ compatōnem:sed q̄ȝtum ad Galli scripta ꝑtinet. Fluctus sub.la.si. Aliq dicūt ad Arethusam nymphā Siciliæ Alpheum de Elide uenire ꝑ maria:scđm qđ alibi dixit: Alpheus fama est huc elidis amnē. Aliqui dicūt Arethusam in fontem mutatā Alpheū fugere:& de Elide in Siciliā uenire:qđ nūc sequit̃. Doris. Mater nymphaꝝ quā pro mari ponit. Solicitos:solicitudinis & curaꝝ plenos. Lycorim aūt ꝑ Cytheride posuit. Fuerunt aūt eodem tpe nobiles meretrices tres:Cytheris. Origo. Arbuscula. Hor. Explosa arbuscula dixit. Et alibi: ut quodā Marse⁹ amator originis ille. q patriū minime donat fundūqȝ laremqȝ. Simæ. Græcū est.i.p̄ssis naribus. Hoc epitheton Theoc. dat p̄cipue apibus. Rñdent. per eccho. Quæ ne. Ex ægloga theocriti sunt:in qua Daphnis suum deflet amorem. Maiades. nymphas simpliciter accipe. nam ꝓprie oreades dixisset. Maiades em̄ fontiū:oreades montium sunt:Sed q̄a easdem diximus nymphas & musas videt̃ dicere si musæ affuissent.i.si dedisset operam poeticæ: nō incidisset in has difficultates amoris.

Indigno. vel meretricio vel magno:nam Ennius indignas turres magnas dixit. Parnasus & pind⁹ montes sunt Thessaliæ Apollini & musis sacri.

CHRI. Extremū a.l. Recte serui. laborē ad Areth. refert. Verum qꝛ dicit poetas ludere:hēt ꝑfecto huiuscemōi exercitatio mō recte res ꝓcedat sūmā aī voluptatē:sed sūmo labori adiūctā. Nā teste hora. Qui studet optatā cursu cōtingere mœtā:Multa tulit fecitqȝ puer sudauit & alsit. Abstinuit Venere & baccho: Et iuue. ēt de poeta dixit: Vt dignus venias hederis & imagine macra: Et ꝑsi. Pallidāqȝ pyrenem dixit. Est igit̃ laboriosissima res in poeta egregium euadere. Meo.q.d. Cui tm̄ gratificari cupio

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-85/0057
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG